

40 Phytol 10th
COMMENTATIO

DE
L E M N A

AUCTORE
IOANNE FRIDERICO WOLFF.



CUM TABULA AERI INCISA.

ALTORFII ET NORIMBERGAE
SVMTIBUS IOH. LEONH. SIXT. LECHNER.
BIBLIOPOLAE
MDCCCI.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
L E M N A

QVAM
SVMMI NVMINIS AVSPICIIS
CONSENTIENTE
GRATIOSO MEDICORVM ORDINE

IN
STVDIORVM UNIVERSITATE ALTORFINA

PRO
GRADV DOCTORIS
MEDICINAE ET CHIRVRGIAE
OBTINENDO

DIE IX. NOV. MDCCCL
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
IOANNES FRIDERICVS WOLFF
SVEOVVRTO - FRANCVS.

CUM TABULA AERI INCISA.

ALTORFII ET NORIMBERGAE
SUMTIBUS IOH. LEONH. SIXT. LECHNER
BIBLIOPOLAE
MDCCCL.



Explicatio Tabulae.

- Fig. 1. Lemna triscula magnitudine naturali.
bb) Corpuscula viridia rotunda, per folia et radices,
quibus perforantur, sparsa, interiectis aliquot adultio-
ribus maioribus, flavescentibus.
- Fig. 2. Lemnae eiusdem aliquot folia, sibi diversimode innata,
magnitudine aucta.
b) corpusculum viride, maius et
c) alia minora elliptica, albida, in foliolis iunioribus tan-
tum conspicua.
- Fig. 3. Tubulus s. utriculus magnitudine auctus eiusdem
Lemnae.
- Fig. 4. Plura exemplaria Lemnae minoris, quorum duo an-
teriora flavescencia flores ferunt, duo media, loco umbro-
so lesta, paulo maiora et intensius viridia sunt; ultimum
vero inversum est cum plantula puellari, inter radices ad-
ultioris locata.
- Fig. 5. Eadem Lemna florens, stamine uno exerto; et
haec et sequentes quinque figurae five V^{ta} usque ad X^{mam},
quod praemonendum duxi, sunt magnitudine aucta.
- Fig. 6. Eiusdem Lemnae adultioris pagina inferior, corpusecu-
lis farinae analogis adspersa, interiectis aliis minutis, glo-
bosis, fuscis et ad marginem maioribus, viridibus.
- Fig. 7. Calyx diaphanus et denticulatus, stamine uno exerto,
altero adhuc latente.
- Fig. 8. Anthera didyma, externe utrinque dehiscentia polli-
nemque ochroleucum spargens.

Fig 9.

Fig. 9. Flos hermaphroditus, calyce remoto, quo pistilum cum stamine, intra calycem abscondito, et altero iam exerto, in conspectum veniat.

Fig. 10. Tubulus s. utriculus cylindricus Lemnae minoris.

Fig. 11. Lemnae gibbae quinque icones magnitudine naturali, quarum duae anteriores plantas exhibit floriferas, duae posteriores atro-purpureae steriles, et quinta plantam puellarem.

Fig. 12. Eadem Lemna, uti et Fig. 13.—15, quae ad eandem speciem pertinent, magnitudine aucta; flore hermaphrodito e rima laterali proveniente cum pullo ex adverso, qui profert florem mere foemininum.

Fig. 13. Eiusdem Lemnae flos hermaphroditus: germine quoad speciem adhuc virgineo et stigmate capitato, cuius calyx deficiebat et folii epidermis inferior involucri floris partem efficiens, reflexa et lacera est.

a) Germen foecundatum et iam tumidum, stigmate capitato adhuc persistente.

Fig. 14. Pericarpium s. capsula, cui stigma obtusissimum et semina bina transparentia.

Fig. 14. a. Germen abortiens absque stigmate.

Fig. 15. Capsula versus basin circumscissa et ablata, quo semina bina striata nudentur.

Fig. 16. Lemna polyrhiza magnitudine naturali.

Fig. 17. Eadem cum propagine, matri ope funiculi umbilicalis affixa, itidem magnitudine naturali.

Fig. 18. Eadem inversa.

Fig. 19. Corpuscula fusca oblonga, huius Lemnae foliorum paginae inferiori inherentia, naturalibus majora.

Fig. 20.

Fig. 20. Eadem Lemna cum pullulo ab inferiore parte conspicienda cum radiculis, ad originem funiculi (a) produntibus, magnitudine aucta.

b) Radiculae propaginis tantum ad coortum earum conspicuae, cum quoad reliquam partem obtinentur matre.

Fig. 21. Calyptra, quae extinctori faciem praese fert et magnitudine aucta est.

Fig. 22. Lemna arhiza magnitudine naturali.

Fig. 23. Eadem magnitudine aucta; utraque e Michelio mutuata est.

Thebes.

Theses.

I.

Plurimis carere possumus medicamentis exoticis,

II.

Qui didicit curare simplicibus, frustra quaerit composita.

III.

Instio variolarum sic dipterarum vaccinarum est imitanda.

IV.

Luxus plures gignit morbos.

V.

Plurimi morbi haereditarii a debilitate ortum ducunt.

VI.

Sine reactione corporis nullus oritur morbus.

VII.

Cortex peruvianus in corpus delatus non tantum alvum adstringit, sed interdum etiam eius fluxum movet.

VIII.

Frigus non nimis acre neutquam corpus humanum debilitat, sed firmat.

IX.

Plantarum folia fungi videntur munere pulmonum.

A

Has



Prooemium.

Mihi argumentum ad inaugurem dissertationem aptum quaerenti prae aliis botanicum commendavit carissimus Pater et quidem de Charis. Mox vero mihi varia pro temporis spatio, ad huius speciminis elaborationem constituto, se obtulere impedimenta, cum primis quod hae aquarum incolae hoc tempore in flore non sint constitutae, nec tot circa Altorium, uti in vicinia Suevofurti in aquis habitent, ideoque coactus fuisse vel descriptiones et icones earum secundum exemplaria sicca conficeret vel aliorum figuras et descriptiones mutuo sumere, sicut edidisse operam tanti non usus, ut dispendio temporis et impensis aequivaleret. Ab hoc itaque proposito deterritus ad alterum argumentum, quod mihi una proposuit Parentis me converti Lemnasque elegi, id temporis floentes, et quas iam ante octo annos, Patre duce, quantum vires tunc permisere, examinavi eoque imprimis impulsus sum, quod omnes haec tenus cognitae Lemnae species, -excepta arhiza, stagnorum superficiem circa Altorium inhabitant et laeto suo virore exhilarant.

Has itaque plantulas, pro virium facultate in hacce dissertatione disquisituras, et figuras earum, secundum viva exemplaria a me confectas, adiecturas praetereaque et veterum et recentiorum opiniones de earum partibus fructificationis et fabulosa metamorphosi pro viribus aestimaturus sum. Praecipue vero Excell. atque Experientissimo D. D. Vogel. Fautori et Praeceptoris ad cineres usque colendo, gratias ago quas possum maximas, qui praeter alia, quae in me large collocavit merita, etiam in elaboranda hacce dissertatione omni consilio, praesertim libris e bibliotheca sua splendida me adiuvit. Quodsi vero non omnia ad fructificationem horum tam exiguorum vegetabilium, quorum partes sexus et fructus vix oculis nudis, certe clare non nisi microscopio armatis, detegi queunt, pertinentia momenta in his plagulis sint expleta, id non mihi, sed invidae huius anni tempestati tribuendum erit, quae me saepissime stagna, ubi habitabant hae aquarum incolae, frustra adire si-nebant, sive plura adhuc supersunt ulterius rimanda, quae in posterum disquisituras sum; nec prius desistam, quam totum hoc fructificationis et propagationis negotium in singulis *Lemnae* speciebus sit enucleatum indeque et omnes partes huc pertinentes in apricum prolatae. Ideoque confido hoc primum meum periculum super materia, variis dubiis adhuc obnoxia, et icones, fructificationis partes aperte ob oculos ponentes, quoad ex propria observatione et delineatione id fieri potuit, non displicitum esse nec male exceptum iri. Suo tempore et Charis disquirendis distinguendisque et duabus novis, quae in vicinia Suevofurti crescunt, in lucem proferendis, me accingam nec quicquam praetermittam, quod ad ulteriorem huius generis, praecipue fructificationis notationem suum conferre possit.

De

De plantarum praecipue *Lemnarum* variis propagandi modis.

Fere omnes plantae fructificationis partibus, licet in plurimis e classe cryptogamiae perscrutatorum oculis se non raro subduxerint, re vera gaudent, quemadmodum neotericorum, praecipue *Hedwigii*, indefesso studio et labore et ope microscopiorum innotuit, et iisdem etiam debemus, quod prolem eiusdem speciei iterum producant. Iniquitatia aëris et climatis haud raro est tribuendum, quod plantae, coelo mitiori et aëri leniori adsuetae, nec se in florem induant nec ferant fructus, aut si in florem se induerint, tamen fructum non conficiant. Quapropter eadem perirent, prole non relicta, nisi sequenti modo a Creatore id caustum fuisset: nimurum, quod multis indiderit vim se etiam absque semine propagandi. In pluribus enim haec vis iam residet in radicibus, praecipue earum tuberibus, bulbis bulbulisque, aut stolonibus atque flagellis, quae undique se spargunt; in alijs fere in tota planta vel tantum in virgulis, in gemmis, in bulbulis axillaris, rursus in aliis in floribus ipsis, ut ex parte in gemmas abiere soleant, quale exemplum *Agave* prolifera suppeditat. Imprimis vero plantae, quae variis obnoxiae sunt iniuriis calamitatibusque hydrarum instar efferunt propagines seu gemmulas, quae tandem maturaæ sua sponte decidunt aut solvuntur.

Inter plantas vero, quae raro florent et tamen numerosissime per propagines multiplicantur, *Lemnae* species hucusque notae primum sancum tenere mihi videntur, quae brevissimo temporis spatio, ut res notissima est, totam aquae stagnantis superficiem occupare solent. Sunt viviparae, ita, ut e basi folii adultioris lateraliter producant minora, aut ex interstitiis maiorum procrecent minora, sive multiplicantur, ut denique tota stagni, ubi habitant, superficies iisdem sit obtesta. Singularum *Lemnae* specierum propagatio cum ante omnium oculos sit posita, mirum non

A 2

est,

est quod altera, quae fit per semina, quum sit addita magis et rarer, fuit neglecta nec a pluribus recentioris aevi Botanicis animadversa.

Veteres, quibus nec prima nec secunda propagandi ratio fuit nota, miram earum docuerunt originem et fabulosas, uti tunc temporis mos fuit, statuerunt transmutationes. *Philosophus a) enim Lenticulas palustres sponte ex aquae crassitie nasci creditur rem sic exprimens.* „Quae vero per superficiem aquae nascuntur plantae, non aliunde quam a crassitie aquae fiunt: nam dum calor aquam attigerit, haec cursum non habens, quo moveatur, provenit super ea quiddam nubi simile parumque aeris continens, ac putreficit humor ille, attrahitque ipsum calor qui per superficiem est expansus. „ Quae de mirabili harum plantarum metamorphosi in plantam *Sisymbrio aquatico* haud absimilem referunt *Mathiolus b)* et *Dalechampius*, ea *Rajus c)* *Vallisnerius d)* *Micheliuse e)* et alii iam refutarunt et omni iure inter illorum temporum fabulas retulerunt, nec ullus hodie Botanicorum eidem fidem adhibet. f) Licet vero recentiores ad unum omnes fabulosam hanc veterum *Lemnorum* originem reiecerint, plures tamen sunt, quorum oculis, verae fructificationis partes, dum investigarunt easdem, se subduxere, aut si easdem videre sibi visi sunt, veras cum aliis commutaverunt. Cum iam in eo sim, ut singulas partes *Lemnorum* earumque multiplicationem et propagationem accurate pertractem, simul neglecturus non sum horum singularum de iisdem opinionum et commentorum mentionem facere et meum iudicium subtingere,

De

a) Lib. II. de Plantis. Cap. I. n. 60.

b) Mathiolli opera quae exstant omnia. Basil. 1674. p. 783. „Nam subnatis quibusdam capillamentis, quae radicis vices praeflare videntur sese terrae commitit et subinde adolescens tandem crescit in plantam aquatico *Sisymbrio* haud absimilem.“

c) Histor. Plant. Tom. I. p. 117.

d) Raccolta di vari trattati. in Venezia, 1715. p. 212. et sq.

e) Nov. Plant. Gen. Florentiae 1729. p. 16.

f) Si quis plura de his fabulosis veterum narrationibus legere velit, adeat supra memoratum *Vallisnerii tractatum de Arcano Lenticulae palustri seminae, ac admiranda vegetatione.*

De Lemnarum multiplicatione per propagines.

In omnibus *Lemnae* speciebus quodlibet folium, a materna stirpe separatum, integrum esse plantam, radiculas agentem et per novas propagines polyporum ad instar sese multiplicantem, neminem ad multiplicacionem harum *Lemnarum* attentum fugere potest. Cet. Rothius g) ait: Primo planta apparet unifolia, e cuius basi a latere sensim sensimque alia iuniora (folia) progerminant, donec planta pluribus foliis composita, et aquae superficiem tegens, in conspectum veniat. Sic quodlibet folium iuxta cum duplii constat lamina, interiecta tela cellulosa, utrinque ad latera bastos rimam habet, uti *Vallisnerius l. c. iam* observavit, cuius lamellae, foliolo adhuc inclusa, arte conniventes, vix nisi ope microscope cognosci, cultro tamen facile separari possunt, et ubi novum evolvitur foliculum, disseidunt et hiant. h) Non vero semper in utroque latere provenit foliolum, sed interdum in uno duntaxat foliolum, in altero flos, vel masculinus vel femininus, vel hermaphroditus, folio oppositus, sicut et folia minora sibi sunt opposita, ita ut trilobum quasi f. triplex forment, cuius folium intermedium sit lateralibus maius. Ius si en quidom *Lemnas*, aut *Lenticulas*, ut ipsi audiunt, in iunctione foliorum effloriferas perhibet, at flos non in iunctione foliorum, sed, ut dictum est eo in loco ubi folium in basi rimam habet e regione folioli, nequit vero cum eodem. In latere enim ubi foliolum enascitur, nullus erinitur flos, at in opposito, ubi nullum progerminat foliolum. Haec iuniora folia nova iterum proferunt et ex iisdem alia denuo crescunt sieque caespitis instar adhuc cohaerent et obtengunt superficiem aquae, cui innatant, et sic plura gregatim uniuntur, donec vi aut sponte separantur. Folium maternum, propaginibus dimisum, novas iterum emittere potest, quod in *Lemna minor*, praesertim vero in *Lemna polyrrhiza*, saepius obstruere mihi contigit. An folium, floribus deciduis, rursus alio, vel folia nova proferre queat, nondum experientia edocitus sum.

Licet

g) Roth. Tentam. Flor. germ. Tom. II. P. II. pag. 422.

h) fig. nostr. 2. et 20.

Licet autem in omnibus *Lemnae* speciebus hic propagandi modus fere idem sit, attamen eius diversitatem in variis speciebus paulo accuratius disquirendam puto. In *Lemna minore*, *gibba* et *polyrrhiza* foliola nondum evoluta sunt orbiculata, sessilia, funiculo eeu umbilicali brevissimo matri affixa, cuius ope, dum radicibus adhuc carent, nutrimentum suum accipiunt et extra rimae cavitatem prodire valent, ad quod ipsum propaginum incrementum multum conduceare videtur. Et sensim sensimque, foliolis e crypta sua prodeuntibus, hic funiculus albus et parum compressus fit longior et extra fissuram prominet et quidem in *Lemna* *polyrrhiza* ad duas fere lineas, in *Lemna minore* vix ad unam. In *Lemna gibba* vero eandem non acquirit longitudinem, a margine fissurae ad insertionem in pullum computatam. Provenit autem hicce funiculus e centro cavitatis maternae ad originem radicis et transit in prolem non in margine ipsa sed paulo infra eandem, nec in basi ipsa, sed oblique ad posticum rimae angulum basin folii respicientem, est insertus, ibique ad radicis basin vel tuberculum, e quo radix radicesve ortum suum ducunt, pergit. i) Nec funiculi huius in omnibus praedictis *Lemnae* speciebus una eademque est crassities atque firmitas, sed in quacunque aliter constituta. In *Lemna polyrrhiza* crassior atque tenacior est, ob id forsitan, quod haec species plures agat radiculas et plura inter se coniungat individua, ita ut insulam quasi natantem, sex, inimo duodecim et ultra *Lemnis* constantem formet. In *Lemna minore* multo tenerior et fractu facilior, quo sit, ut tam multa non colligentur individua et vi aequa non magna separari possint. *Lemna gibbae* funiculus omnium maxime fragilis et tener est. Nec hoc loco silentio praeterire possum, huncce funiculum vel vi vel sponte, quod, dum novum provenit foliolum, fieri solet, a materna planta ex toto solutum, apice esse acutum, fractum vero obtusum, nec raro revolutis fibris capitatum acquirere figuram. Cavendum itaque,

ut

i) Fig. 20. a. refert *Lemna polyrrhizam* magnitudine auctam, ab inferiori pagina conspicendi, cum progerminante pullo funiculoque a) in radicum basin abeunte. Fig. 17. eandem ostendit *Lemna* magnitudine naturali, in qua nova propago adhuc cum matre funiculo cohaeret, superne aspectu.

ut pro stigmate aut alia habeatur fructificationis parte. In *Lemna trifolia* res paulo aliter se habet: non enim hoc inter se singulae iunguntur funiculo, sed potius gaudent petiolo, in folium decurrente, valde compresso, subulato, ipso folio vel longiore vel breviore, k)

De radicibus Lemnarum.

Quod ad radices Lemnarum nostratum attinet, praeter earum enim fabulosum ortum, sparserunt etiam veteres de iisdem, quod radicibus sint orbae. l) Sic Theophrastus et Scaliger m) perhibent, "absque radice non paucae vel exemptae vivunt ut *Sempervivum* et *Aloe*, aut sua natura, ut aquatica *Lenticula*,ⁿ⁾ Philosophus n) totius plantae descriptionem his verbis exprimit: „Radicem vero non habet, nam in duris terrae partibus fixae sunt radices, neque folia habet, nam a temperie multum abest et neque partes ipsius inter se cohaerent.“ Partes autem earum inter se cohaerere ex supra dictis satis elucet, easque habere radices nemo hodie, si fugaci modo oculo contemplatus fuerit, negare audebit, cum iam Matthiolus o) easdem et Spigelius p) nomine capillamentorum indigitarunt. Est interim quaedam *Lemnae* species, quae ob eandem causam dicitur arhiza et quam nondum vidi: eandem nullas vel vix visibles radices agere perhibent autoptae. An vero veteribus sola haec species cognita fuerit, haud credibile est, multo enim rarius reliquis quatuor radicibus donatis speciebus reperitur. Radicum igitur Lemnarum, de quibus nunc sermo erit, usus videtur eo redire, ut eadem quemadmodum in aliis plantis destinatae sint, nutriendis *Lemnis*; et *polyrrhiza* praeter reliquias radicibus praeditas id praeccipuum adhuc est, ut non unica, sed pluribus dotata sit radiculis. Et hae radiculae in fin-

gulis

k) Fig. 2. a.

l) Hoc valet tantum de *Lemna arhiza*, sed neutiquam de reliquis.

m) Lib. I. de Plant.

n) l. c.

o) l. c.

p) Ifogag. Lib. 2. Cap. 5.

gulis Lemnis sunt simplicissimae, filiformes ac tenuissimae, inferiori paginae folii, non quidem in centro, sed magis ad basin versus insertae, magnam saepius acquirunt longitudinem et modo recta se demittunt in aquam, modo intortae, interdumque apice implicitae sunt. His vero non adnumeranda est *Lemna polyrhiza*, quae radicibus brevioribus, rigidioribus et paullo crassioribus gaudet.

Hae radices, cum novum folium ad mediocrem pervenerit magnitudinem, iam conspicuae, sulco oblongo horizontaliter incumbunt, ita ut apex ipsarum folii apicem petat nonnihil recurvus q). Foliolo magis exerto, modo dicta radix folii materni cute, paginam inferiorem cum radicula adhuc tenera nondum evoluta tegente, sensim directionem accipit perpendicularrem, soluto dein utriculo, qui vaginae instar radicem ambit et quo ad folium principio alligabatur, e cuius epidermide s. cute ortum ducere videatur, terram versus elongatur et disrupto funiculo plantulae umbilicali eius vices sustinet in nutrienda eadem. r) Huius loci nunc videtur esse mentio tuberculi, ex quo radices proveniunt: Scopolius s) Weberus t) et alii in *Lemna trifolia*, Rothius u) in *Lemna minore* et *polyrhiza* eius meminerunt, quod pari modo in *Lemna gibba* observavi. x) Hoc idem plerumque coni figura est, sed in variis speciebus non una eademque magnitudine. Maius enim solet esse in *Lemna trifolia* et *polyrhiza*, in qua posteriore plura sub membrana pellucida s. epidermide colliguntur, at minus in *gibba* et *minore*. Weberus y) haec tubercula pro partibus fructificationis habuit, et radices ex iisdem prodeentes neutiquam pro veris radicibus,

De

q) fig. 20.

r) confer Vallifner. I. c. p. 222.

s) Flor. Carn. Ed. II. p. 214.

t) Spicil. Flor. Goetting. p. 25.

u) I. c.

x) Vallifnerius et Michelius haec tabernacula non vidisse videntur, nisi primus ea sub nomine *vaginae* putat. I. c. p. 222.

De radicum tubulis, s. claviculis, s. utriculis, s. calyptoris, fulcrisve.

Praemissa radicum consideratione, iam de claviculis veteribus ignotis, z) qui calyptrarum instar apices radicum operiunt, nunc agendum censeo, cum varii Botanici varias de illorum usu habuerint opiniones, quem difficile extricari, lubenter et in antecessum profiteor. Weberus a), qui veros flores nondum vidit, dubitat an in nostris regionibus eosdem prolaturaे sint *Lemnae*, quare hos utriculos pro calyptoris habet, et hanc ob causam *Lemnas* inter plantas cryptogamicas et quidem calypratas, locum suum occupare suspicatur. Roeselius b) eosdem etiam pro floribus habuit, sed cum veri flores detecti sint, nemo eosdem amplius floribus accensebit: interea merentur, ut verus eorum usus detegatur. Michelius c), vir acutus ingenii, usum eorum incertum esse, sequenti modo declaravit dicens: „in diversas trahimur sententias atque adhuc incerti nutamus, quid enim si a natura eo consilio conditi fuerint, ut natante planta in superficie aquarum, radicis cum momenta augentes anchorae vicem gerant, ut in aequilibrio sustineantur, ne supina prona reddatur: et si quando hoc fortuito accidat, ob eandem tuborum et radicum gravitatem paulatim in aequilibrium restituatur? quod non tam facile evenire posset huiusmodi auxilio desitutis, praesertim illis plantis, quae utraque parte sunt quasi complanatae, aut parum convexae, quod quarta Lenticulariae species (*Lemna arhiza* L.) comprobare nobis videtur, quae inferiori parte magis convexa, densiori ac ponderosisori substantia constat, ideoque ab aequilibrio nunquam recedit, quare supervacuum duxit natura huic apponere radices seu tubos. Porro: „huiusmodi tubi possent infervire ad munienda et roboranda extrema radicum, quando deficiente aqua, cui planta supernat, ut nos observavimus, insinuari debent in limo, ut sitienti plantae alimenta ministrent.“ Idem Michelius

z) Vallifner. I. c. eorum quoque non facit mentionem.

a) I. c.

b) Infectenbelustigung. Supplement. III. p. 456.

c) I. c.

B

chelius pergit "nec videtur a ratione alienum, huius modi tubulos fungi
,, ventriculi munere, in humore nutricio conficiendo subigendoque, cui
,, opinioni etiam Cel. Rothius d) adsentit, denique posset quis suspicari
,, esse veluti vaginam, quae mollem et tenuissimam radicem tucatur, ut sub-
,, tilissima eius oscula, per quae nutrimentum subingreditur, non laeden-
,, tur, neve eadem oscula obstruantur visciditatibus, quae in aquis ut plu-
,, rimum occurtere solent : ,,

Absit, ut eos nullum praestare usum statuam, ut tantum libere profi-
tear, eundem me nescire. Anchorage solummodo vicem gerere, qua plan-
tula in aequilibrio sustineatur, vix ad credendum induci queo, cum ob fo-
torum superficiem laevissimam aqua tantum non possit ut eadem facile in-
vertantur, quod proprio experimento, plures, radicibus atque utriculis prius
ablati, instituto, eductus sum. Praeterea hi tubuli sunt tam parvi et exigui
ponderis ut haud multum eundem in finem valere queant. Quaerit etiam
posset, cur Lemna gibba interne tantopere convexa, iisdem sit praedi-
ta? cur Lemna trifoliae sub aqua vegetantis radices iisdem sint in-
structae? Cur Lemna polyrhiza, quae multis radicibus, e centro
divergentibus hisque tubis gaudet, si fuerit inversa et radicibus suis apice
vaginula sua inunitis coelum spectet, per easdem non in pristinum resti-
tuatur situm, sed submergatur potius. Interim et hoc reticeri nequit: radi-
ces quoquo versum spargi et rigere sicque nihil posse ad invertendam plan-
tam, nisi planta ipsa in aliquod latus fuerit inclinata. Quamvis usum,
quem Michelius his claviculis adscripsit de restituenda planta in suum
situm, nimirum, ut radices spectent fundum et pagina adversa coolum et de-
servando eodem neutiquam diluere velim, tanti tamen non est, uti ex dictis
colligere est, nec usui, ex quo iisdem augendae superficii, qua sorbent
humores nutricios, forte et digestioni eorum destinati sunt, ad sensum
meum penitus detrahere audeo, etiamsi plantae, quibus eaedam ablatae
sunt, vigore perrexerint.

Sunt vero hi tubuli s. claviculi rariore substantia, initio colore viridi,
zestate progressi pallidcente, tunc magis subfuscō, imo nigrescente. Deci-
dant

d) l. c. p. 423.

dunt absque ulla partium laceratione, fundum petunt pereuntque. In Lem-
na polyrhiza e) formam extictorii, in reliquis f) magis cylindri referunt.
Apicem arte cingunt, qui ut ipsi saepissime nigrescit et eandem ob causam
Weberus g) hanc radicis partem pro capsula pollinifera habere nullus
dubitavit.

De fructificatione.

His igitur pertraftatis, ad Lemnarum fructificationis partes, a pluri-
bus nondam vias, pervenio. Medicus h) sentit cum Gaertnero i)
ideo repetit eiusdem, quae sequuntur, verba: „Lemnae nostrates semi-
„ne in perpetuum orbae et mere gemmiparae plantae sunt. Seminum
„scilicet loco, vivos foetus, seu veras propagines, e medullaris substantiae
„segregatis granulis formatas, proferunt, easque Lichenum more, absque
„ulla manifesta in cortice apertura, clancule pariunt, ut deinceps in plantas
„matribus suis simillimas, sola omnium partium suarum aequabili extensione,
„convalescant.„

Porro dubitat „an Lenticula italica a Vallisnerio k)
„tami male, a Michelio l) tam artificialiter descripta, in re-
„rum natura existat? et characterem eius genericum verum
„aut fictitum in nostrates stirpes nullo modo quadrare et istam cum
„his nunquam misceri debere perbibet.“ Haec in Volumine primo
Gaertneri fuit sententia, sed in secundo m) eidem valedixit inde-
que Lemnas e plantis esexualibus in pristinam suam dignitatem restituen-
das

e) Fig. 21.

f) Fig. 3. 10.

g) l. c.

h) vid. Salzburg. Med. Chirurg. Zeit. 1793. n. 20. in Recensione Wildenow Synopf.
Plant. Germ.

i) De fructibus et seminibus Plantar. Vol. I. Introd. p. 19.

k) Eph. N. C. Cent. I. app. pag. 174. Cent. 3. obs. 34. p. 89. Tab. I. Fig. 1. 2.
haec posterior observatio mutuata est ex Raccolt. etc.

l) l. c. t. II. sub nomine Lenticula e.

m) Praefat. pag. 31.

das et plantis bisexualibus adnumerandas esse aperte, uti viro integro decet, professus est, et tantum dolet, quod scriptum Cl. Ehrharti n) eodem anno, quo volumen primum prodiit, sibi non in conspectum venit, ut errorem suum cognoscere et corrigere potuisset. Ehrharti enim scripto extra omnem aleam positum est: *Lemna* et praecipue *Lemna gibba* partibus utriusque sexus praeditas esse. Dillenius o) veros flores se nondum vidisse affirmat, eosque tantum ex observationibus *Vallisnerii* descripsit atque depinxit. Rajus p) etiam non observavit flores, sed perhibe: „hanc plantulam D. Sherardum August. et Septembr. mensibus feminibus aversae foliorum parti adnascentibus scatentem in fossis Hollandiae observasse eodemque modo fructificare quo *Lenticula* palustre latifoliam punctatam.“ (*Marsileam* scilicet natantem). Sed iam antea noster Maur. Hoffmannus partes fructificationi dicatas animadvertisse videtur, cum in Catalogo plantarum' agri Altorf, sub *Lenticula aquatica*, praesertim de ista foliis minoribus, sine dubio *Lemna minore* Linn. dixerit: in fine aestatis occurrere foliis in vesiculos diductis.

Vallisnerius q) absque dubio eos primus delineavit et descripsit, ast, ut mihi videtur, naturae haud respondentes, et iidem iuxta propriam descriptionem sequentem in modum se habent: r) „duo saltus foliola non nihil crassiuscula et lactei coloris habent, pistillum quasi representantes, brevi pediculo vel caulinco dimidii floris longitudinem aequant, inhaerent. Horizontaliter excurrent, mox tamen post eruptionem sese erigentes. Dum exsiccantur spongiosi evadunt, in summitate non nihil filamentosi aut fimbriati, et tandem prorsus quasi evanescunt aut decidunt.“ Hanc vero descriptionem, si paulo accuratius consideraveris, ea corpora, quae

vocat

n) Beiträge, I. p. 43.

o) Catalog. Plant. Gieß. App. p. 118.

p) Hist. Plant. III. pag. 48.

q) Fig. 7. 8.

r) Eph. N. C. I. c.

vocat floris folia, nihil aliud esse, quam stamen e filamento et antheris duabus, seu potius anthera didyma, compositum, animadvertes. Mihi enim saepissime usu venit, cum *Lemnae gibbae* et *minoris* florem examinarem, ut tantum unum detegrem stamen, altero adhuc brevissimo incurvato, et ob id latente, aegrius conspicuus), et antheras, ob id quod turserunt polline, quasi duplices aut insigniter didymas t). Idque praecipue mihi contigit in *Lemna minore*, in qua inter plus quam centum exemplaria uno eodemque loco, solis radiis vix patente, ne unum quidem legere potui, quod flore omnino perfecto praeditum fuisset; et quod memoratu adhuc dignum est, nullum vidi flore femineo donatum, sed tantum masculinos flores cum germinis rudimento. Et in hisce observavi membranam tenuissimam stamina cingentem, diaphanam, figuram vesicae compressae referentem, apice interdum dentatam et non raro extra rimam laminarum, inter quas flos nondum evolutus latitabat, parum eminentem,

Haec membrana apud Michelium u) audit flos, apud Ehrhartum w), Rothium x) et alios sub nomine calycis venit. Eandem vero esse auriformem, quemadmodum Michelius in *Lemna gibba* vidisse perhibet, adfirmare nequo, cum tales non observavi. Porro modo adest, modo deest, et tam in masculo flore quam in femineo reperitur. Lufsieuz) eandem pro calyce habet et de ea refert, quod latere dehiscat. Scopolius a) illam tacet, aliique plane non viderunt. An Mappius b) flores viderit, et vel proprio marte vel tantum iuxta Michelium descripsiterit, haereo.

De

s) Fig. 5. 7. 9.

t) Fig. 9.

u) l. c.

w) l. c.

x) l. c.

y) Gener. Plant. p. 20.

a) l. c.

b) Histor. Plant. Alsat. pag. 166. (Flos monopetalus anomalus.)

De pistillo, fructu et seminibus etiam prostant variae sententiae. Scopolius c) rudimentum germinis in flore masculo habet pronectario pyriformi, staminibus interposito. Est vero nihil aliud quam germen abortiens, quod interdum, ut iam Ehrhartus observavit et ego et alii viderunt, foecundari et semina matura ferre posse d). Nec convenient etiam inter se de stigmate, cum secundum efflatum quorundam sit acutum, iuxta alios obtusum, et rursus ad aliorum observationem capitatum. Ego vero idem semper vidi in masculo flore obtusum, in femineo vero ob pollinis asperginem capitatum, eodemque polline remoto obtusissimum e).

In seminibus describendis multis est Vallisnerius f), accurate de iisdem agens. Michelius ea quoque in Lenticula I. (i. e. Lemna gibba L.) descriptis atque adumbravit, ast in reliquis Lemnae speciebus, quas sub nomine Lenticulariae memoravit, cum sibi non licuit videre eadem, corpuscula alia, minuta, globosa, fusca, pro veris habuit seminibus; sic etiam sensere Rajus, Sherardus, Dillenius, Gaertnerus, Roefelius g) aliique. Adansonius ea describit angulata, et in eo ipsi adsentior, an vero semina, quae descriptis, semina Lemnae sint, valde dubito. Multum enim recedunt haec corpora rotunda a figura seminis, in capsula inclusi, nec veritati consonum mihi vindetur, Lemnas triplici modo propagari. Ego enim saepissime eadem observavi, ideoque visa refero. Mensibus Iul. et August. cum plures disquirerem Lemnas, ut flores earum mihi obvenirent, eadem in adulterioribus, iamiam flavescentibus, nec non et in laete virentibus utiusque generis Lemnae minoris foliis copiose occurabant, non solum inferiori, sed et superiori paginae, imo radicibus adhaerentia. Alia erant

mere

- c) 1. c.
- d) Fig. 9. 13.
- e) Fig. 9. 13. 14.
- f) 1. c. p. 223.
- g) 1. c.

mere globosa, minuta, fusca et nitidissima h), alia magis oblonga, pallidiora. Praeter hos globulos, per utramque superficiem sparsos, alia etiam observavi corpuscula, ijsdem tam maiora quam minora, primo intuitu farinam aut pollen referentia, pallida, deinde lacte viridia ad marginem, qui ab eorum prominentia videbatur inaequalis, quasi erosus insuperque in utraque superficie sparsa, Ulvae primordiis haud assimilia. i) In Lemna polyrhiza rarius observavi, et in hac figuram magis ellipticam referunt k). Num vero sint ovula alicuius animalculi vel semina alicuius plantae, in has Lemnas deposita, ut suo tempore excludantur vel progerminent, ego decidere non audeo, cum nil tale a me visum sit.

In Lemna gibba, saepissime ac studiosissime perquisita, ea nondum observavi, nec in Lemna trisulca, nisi in huius foliolis iunioribus corpora oblonga, minuta, sparsa, mox flavescentia, mox albida, ad lumen considerata pellucida, quae in ipsa substantia incesse videntur, pro iisdem habeas ^m). In hac quoque specie observare mihi contigit corpora multa viridia, magnitudine seminis papaveris albi et maiora, per foliorum infernem supernamque superficiem sparsa, simulque in ipsis radicibus, quas eingunt instar monilis l). Valde sunt convexa, albo-punctata, aetate magis pallida, et senescentia in farinam viridi-luteam abeunt, ac fundum vitri petunt. Cuius ortus sint, an animalis aut vegetabilis? — me plane nescire fateor; nec pertinet ad meam dissertationem.

Hae vero plantulae Lemnae digitae, quae aquam amant paludesque si quodlibet folium pro propria planta habueris, uti est, non sunt annuae, multo minus biennes, vel perennies, sed tantum bimestres trimestresve. Folium enim maternum, cum prolem unam vel alteram, ad summum terciam, ediderit, quod brevi tempore fieri solet, albescens perit et fundum ut

h) Fig. 6. a.

i) Fig. 6.

k) Fig. 19.

^m) Fig. 2. c.

l) Fig. 1. 2. b. b. b.

ut plurimum petit, idque etiam cum aliis per totum, quo aquae innatant, accedit tempus. Per totum enim annum Lemnae aquae non innatant, sed cum primis autumni hyemisque frigoribus in fundum aquae descendunt limoque insident, vesiculis substantiae tenerrimae frigore contractis. Ut primum veris redit calor, pedentem ascendunt sensimque dilatatis magis vesiculis superficiem aquarum superant. m) Linnaeus perhibet, Lemnas adventu hirundinum enatare, et cum iisdem submergi. At diversa aëris ipsiusque aquae, cui inhabitant, temperatura plurimum ad maturandum vel procrastinandum earum ascensum vel descensum valet; inde et in adulta quoque hyeme eas ad fontes tepidos laete virentes vidi. Non omnes, quae tempore autumnali adhuc vivunt, Lemnae se demittunt in fundum, sed tum potissimum, ubi senuerunt, aut alio modo laesae sunt, aut saevitie frigoris emoriuntur, contra aliae marginibus stagnorum et praecipue perennantibus plantis impeditae pereunt, fundum non petentes.

Si quis porro Lemnas florentes videre velit, adeat mensibus Iul. et August. earum habitacula, solaribus radiis satis exposita, ubi inter alias praeципue flavescentes et foliolis nondum donatae, eligendae sunt. Eae namque, quae umbrosis atque frigidioribus locis nascuntur, rarissime florent, sed multiplicantur magis propaginibus. Exemplaria, quae se accingunt ad efflorescendum, tantum sive in vitro sive patina aqua plenis affervari debent domi, sique brevi tempore prodibunt flores, antheris suis albidis facile degendi, praesertim, si vasis fundus fuerit niger et aqua limpida.

Cum iam de partibus sexum efficientibus certi simus, sermo nunc esse potest de classe, quae ista, quae cryptogamicas excipit plantas, amplius esse nequit, etiamsi Hallerus n) Lemnas, quibus nomen genericum Hydrophace indidit inter Muscos adhuc, ob id, quod Ricciis sunt similimae, quae etiam tam antheris quam seminibus gaudent, retulerit. Nec mirum est quando idem etiam ab aliis Botanicis nostri aevi, e. g. Gaert-

nero o)

m) Vallifner l. c.

n) Histor. Stirp. Helv. Tom. III. p. 68.

nero o) Weber, p) qui de flore Lemnarum dubitarunt, factum sit. Ab herum etiam partibus Schrankius *) in Lemnis minori et trifolia stat. Quodsi ergo ad partes sexuales in definienda classe respexeris, indeque Linnaei sistema sexuale fecutus fueris Lemnas nostras vel ad Monoeciam q), quum flores tantum masculos et feminineos agnoscas, vel cum Ehrhartor) ad Polygamiam referes, videlicet, si non masculos et feminineos solum, sed etiam hermaphroditos flores adesse statuas. s) Interim et classi Diandriae, quando Thunbergium t), et Willdenovium u) sequi velis, qui ad vitandam confusionem Classes XXI. XXII et XXIII. System. sex. Linn. aboluerunt et inter reliquias distribuerunt, accenseri posset. Et ob hanc diversitatem nec ordō fibi constabit; quodsi enim Lemnas cum Linnaeo eiusque sectatoribus ad Monoeciam refers, ordo nuncupabitur Diandria, si locum classis Polygamiae tenebunt, ordo erit Monoecia, vel potius Dioecia. Si collocantur in Classe Diandriae, ordo dicetur Monogynia. Iussieu u) w) qui ordines naturales sectatus est, classi I, cui titulus Acotyledones, et ordini VI, qui inscribitur Najades, adscriptis.

o) l. c. Vol. I.

p) l. c.

*) Primit. flor. Salisburg. p. 21.

q) Linnaeus ipse et Perill. Schreberus, qui Eiusd. octavam generum Plantarum accuravit editionem Vol. II. pag. 620, retulerunt Lemnas ad banc classem.

r) l. c.

s) i) Hedwigius enim observavit idemque saepius vidi, quod in congerie foliorum, eorum unum tulerit flores veros hermaphroditos, quorum germen etiam foecundatum fuit, et alterum in uno latere florem masculum, in altero feminineum, vel utrumque sciuendum.

t) Flor. Iapon. pag. 4.

u) Flor. Berol. Prodr. pag. 3.

w) l. c.

18.

scripsit. Gerardus x) ad Piperitas, Adansonius ad Ara retulit et
fest. III. inferuit.

Classis.

Ordo.

Polygamia.

Dioecia.

Nomen generieum.

Lemna Linn. et omnium, qui ipsum sequuntur. *Lenticula* *Lenticulariae* Michel. Boerh. Iuss. aliorumque. *Hydrophace* Buxb. Haller.

Character genericus,

*Hermaphroditus flos.

Cal. Perianthium monophyllum, subrotunde-compressum, latere dehiscentia, oblique dilatum, obtususeulum, magnum, integrum.

Cor. nulla.

Stam. Filamenta duo subulata, sursum incurvata, calyce paulo longiora. Antherae didymae, globosae, latere dehiscentes.

Pist. Germen subovatum. Stylus brevis, persistens. Sigma obtusissimum, polline adspersum capitatum.

Peric. Capsula subrotunda, parum compressa, uni-bilocularis. a)
Sem. unum? vel duo vel plura, ovato oblonga, hinc convexa et striata;

** Masculus Flos.

Cal. Perianthium ut in hermaphroditio flore.

Cor. nulla; ~~l. c. Tom. I. p. 391.~~

Stam. ut in hermaphroditio flore.

Pist. Germinis rudimentum oblongum, attenuatum, apice obtusum absque stigmate, intra rimam folii reconditum, abortiens.

*** Feminus flos.

Cal. ut in masculo.

Cor. nulla.

Pist. germin virgineum oblongo-conicum, gravidum subrotundum, compressum. Stylus brevis, persistens, Stigma obtusissimum.

Pex.

x) Flor. Galloprovinc. pag. 121.

a) Certe in *Lemna gibba* L.

Per. Capsula subrotunda, compressiuscula, uni-bilocularis. b)
Sem. ut in hermaphroditio.

Characteri *Lemnae* genericis nunc paucas adhuc observationes, eundem concernentes, addere lubet. Quae de membrana tenera fructificationis, partes primum prorsus involvente, post tantum ambiente, quae dicitur calyx, monenda sunt, iam dicta sunt. Quare absque mora me nunc ad stamina convertam, indeque ad capsulam seminalem et semina ipsa. Filamenta iuxta *Linnaeum* z) sunt solummodo longitudine calycis, at non longiora, ut mihi haud raro in sufficienter explicatis fructificationis partibus *Lemnae minoris* ac *gibbae* observare licuit. In dictis enim speciebus eadem ultra dimidiam lineae partem e folii rima exstabant sursumque erigebantur. In *Lemna trifolia* tanta longitudinis non erant, attamen parum e rima prominebant. Accidit interdum, ut tantum antherae e rima prodirent, filamentis intra rimam reconditis: contra in floribus hermaphroditis, ut in masculis, stamna semper, nisi alia impedimento fuit causa, prominebant. Pistillum in floribus masculis non persistit, sed ceu sterile cum staminibus perit. Capsula ab aliis dicitur unilocularis, ab aliis bilocularis. Rothius a) de ea affirmit, quod sit unilocularis, mono-f. bilocularis, mono-f. disperma: Scopolius. quod tantum sit unilocularis, semina semielliptica 2—6 continens. Iuxta *Linnaeum* b) et alios est unilocularis, seminum numero incerto. Ego vero, quod et *Vallisnerius* iam observasse videtur, in nonnullis *Lemnae gibbae* exemplaribus diffiperimentum inter semina bina, et quidem tenerrimum, pelucidum, reperi, quare capsula erat omnino bilocularis. Idem etiam a Grauero et Wiggers c) eadem in specie observatum est, nec non secundum eundem Grauerum et in *Lemna polyrhiza* locum habere

z) l. c.

a) l. c. Tom. I. p. 391.

b) Syst. Vegetab. Ed. XV. curante Persoon. p. 884.

c) Primit. flor. Holfat. p. 67.

C 2

habere ibidem legitur. Forte et eadem in reliquis speciebus sic erit comparata, modo accuratius in eandem ipsam inquisiveris.

Cum omnia, quae haec tenus prolata sunt, tantum concernant genus *Lemnae*, iam et meum esse autum, in speciebus ipsis, quas nostra alit regio, morari, et earum synonyma tam plene recensere, quam vires meae et tempus permittunt, nec non cuivis descriptionem naturae consonam subiungere. Prohibitum etiam est, ut singulæ species accurate et naturae conformiter delineentur; et cum in rebus tam parvis, uti *Lemnarum* fructificatio est, clare tantum ope lenti vitreae detegendis, oculis aliorum, ad id nondum exercitatis, fidere nolui, harum singularum imagines vel ipse ad naturam confeci, vel exakte expressi ad Michelii icones.

Species.

1, *Lemna trifolia*. Fig. 1. 2. 3.

Lemna foliis petiolatis lanceolatis Linn. Syst. veget. Ed. XV. pag. 884. Syst. Plant. Tom. IV. pag. 92. Syst. Nat. pag. 614. Spec. Plant. p. 970. Flor. Lapp. 470. Flor. Suec. 2. 828. Hoffm. Deutsch. Flor. I. pag. 323. n. 1. Baumgart. Lips. p. 21. Aiton Kewens. Tom. III. p. 322. Roth Tent. Flor. germ. Tom. II. P. II. p. 420. n. 1. Timm. prod. Flor. Megapol. n. 47. Elwert Flor. Baruth. p. 20. Villars Dauph. Tom. II. p. 21. Allion. Pedemont. Tom. II. p. 220. Plan. Erford. p. 237. Leyf. Hall. n. 932. Hudson. Engl. Tom. II. p. 319. Matthusch. Siles. 245. Necker. Gallobelg. p. 376. Retz Scandin. II. p. 176. Iacq. Vind. p. 166. Nonne Erford. p. 325. Scopoli. Carniol. ed. II. T. II. p. 213. Weigel. Flor. Pom. n. 532. Müller Friedrichsdal. p. 163. Wilke Flor. Gryph. n. 486. Murr. prod. Flor. Götting. p. 75. Gunn. Flor. Norveg. n. 779. Wildenow. prod. Fl. Berol. n. 5. Wigg. prim. Flor. Holst. p. 65. Pollich. Palat. n. 868. Scholl. Barb. n. 743. Reich. Fl. Moeno francof. n. 666. Gerard. Fl. Gallo-provinc. p. 121. n. 1. Gouan. Monspel. p. 407. Dalibard. Parif. p. 360.

Lenticula

Lenticula foliis lanceolatis, petiolatis, transverse proliferis. Schrank Salisburg. p. 25. Moench. Marburg p. 319.

Lenticula aquatica trifolia. C. B. P. p. 362. L. B. Hist. III. p. 777. Hoffmann. Altorf. n. 2. Boerhaav. Lugdbatav. pag. 321. Bergen. Fl. Francofort. p. 301. n. 2. Dillen. Gies. p. 106. Volkamer. Norimberg. p. 245. Rai. Hist. Pl. T. I. p. 118. n. 3. Tournef. Parif. (Ed. II.) Tom. II. p. 7. Fabregou Parif. Tom. V. p. 90.

Lenticularia ramosa monorhiza, foliis oblongis pediculis longioribus donatis. Michel. nov. Plant. gen. pag. 16. Tab. II. f. 5. Mapp. Hist. plant. Alsat. pag. 167. Seg. Veron. I. p. 280.

Hydrophace caule filiformi, foliis ellipticis, lanceolatis, viviparis. Hall. Histor. Stirp. Helv. n. 1901. Buxbaum. Halens. p. 183. Roefel. Histor. Polyp. Tab. LXXII. Inferius.

Hederula aquatica. Lob. Icon. 36. *Hederula palustris*. Tabern. Icon. 889.

Ranunculus hederaceus aquaticus Park. 1260.

Habitat in Europæ aquis stagnantibus.

Haec *Lemnae* species a reliquis non uno modo sed pluribus reddit; non tantum enim id singulare habet, ut eadem non innatet aquae, sed se mergat, et tantum folia eius iuniora tempore florescentiae emergent, quae etiam flore confecto, iterum submergunt. Nec folia eius reliquarum *Lemnarum* more multiplicantur, sed tota planta arbusculæ aut sciu indicæ analogæ est. Constat enim ceu trunco, pluries bifurco, ramis di-varicatis. Truncus, rami et ramuli terminantur foliis, cum sint foliorum petioli, pauca enim lateraliter et alternatim tantum ramulis insident. Foliola cum petiolis e basi adultoris maxima ex parte utrinque enata, in universum singula, plantulam hanc saepius ramosissimam efficientia, ad quadraginta, quin imo et ad centum, extendi possunt. Facilius quoque eius folia exsiccate congeneribus in aqua reviviscent et explicantur.

Folia elliptico-lanceolata, obtusa, glabra, margine saepius undulata, versus apicem subtilissime serrulata, adultiora flavicantia, iuniora magis viridia,

ridia, pellucida, basi in petiolum, ipsis modo longiore, modo brevorem, compressum, basi filiformem, decurrentia. Hic petiolus ex folii adultioris latere, vel alterutro, vel utroque provenit et quidem supra basin, imo interdum et in medio folii. Foliola iuniora, petiolo nondum enato, basi sunt rotundata, sessilia, paulo adultiora petioloque donata longiore, ad basin utrinque tantum rotundata. Petiolus folio immisius extenditur figuramque adipisciatur pyramidalem et sic sensim sensimque evanescit foliique medium crassius redditur; iste vero usque ad radicis et foliorum ortum disto in statu permanet. Vesiculae aut si mavis granula horum foliorum sunt minuta, ad marginem eorum rotunda et in medio magis oblonga. In inferiori folii pagina, et quidem ad concursum trium foliorum, tuberculum eminet parvum, conicum, obscure viride, foveolae insertum, radicula m emitens simplicem, filiformem, albidam, pollicem et ultra longam, apice utri cula obtuso, cylindrico, instructam.

Flores huius Lemnae hucusque fere prorsus oculis Botanicorum c) se subduxere, unde plures afferere non dubitarunt, quod plane desint, cum Illustriss. Comes de Mattuschka tamen tempus florendi, nempe Iunium et Iulium, indicarit, idemque ab Aitono et Baumgarten factum fit, licet tempus eorum ab isto valde distet, cum iuxta istum incidit maturius, et secundum hunc serius; colligendum hinc certe est, unum alterumque plantam florentem vidisse. Mihi eosdem a. 1793. d. 9. Jul., cum Cariss. Pater in Lemna minore et gibba mihi flores demonstrare vellet, in duobus exemplaribus, in quae casu, at auspicio, incidi, videre contigit, quos vero tunc temporis, cum artis pingendi adhuc ignarus essem, depingere nequivi, nec pictor ad manus fuit, cui hoc negotium committere potuisse; ideoque nec in praesentiarum eorum icones exhibere quo, propterea, quod mihi postea non obvenerunt, et idcirco tantum valeo breviem eorum dare descriptionem. In utroque exemplari tantum a me visi sunt flores masculi. Filamenta duo parum erima, e qua folia prodire solent,

c) Ea, quae in Mappii Hist. Pl. Alsat. p. 167. de floribus huius Lemnae dicuntur, hic non pertinent, sed ad aliam Lemnam.

solut, eminebant, pro suo more sursum incurva. Antherae erant di-
dymae, pallidae.

Ob serv. Rothius et Hallerus caulem vocant filiformem qualis non est, nam petiolus foliorum, qui pro caule haberis potest et, prout vel primigenii vel senioris ortus folii fuit petiolus, dici posset vel caulis, vel ramus ramulusve, talis in basi tantum est tenuitatis, ut filiformis dici mereatur, versus enim folii basin magis et magis latefcit et comprefsus est. Sicque desinit esse filiformis tandemque et abit in folium et supra huius basin, interdum in medio, procrescent maxima ex parte utrinque novi cum suo folio, primigeniis pares, divergentes, quasi transversi (uti foliola ab initio), proliferi, ceu articulati dichotomique. Rothius et Scopolius aiunt: ad quamvis caulis dichotomiam esse folium; sed folia cum suis petiolis, quae dichotomiam efficiunt, non e petiolo adultioris, potius ex folio ipso, ortum suum habent. Rothius etiam folia iuniora ad basin adul-
tioris utrinque provenire perhibet, sed hoc etiam a natura abudit, cum, uti iam monitum est, non ad basin, sed supra eandem et interdum e me-
dio folii, progerminent.

2) Lemna minor. Fig. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
Lemna foliis sessilibus utrinque planiusculis, radicibus solitariis. Linn. Fl. Suec. p. 827. Syst. Vegetab. (Ed. XV.) p. 884. Syst. Plantar. Tom. IV. pag. 92. Syst. Nat. pag. 614. Spec. Plant. pag. 970. Hort. Cliff. 417. Scop. Carn. (Ed. I.) pag. 117. n. 1. (Ed. II.) Tom. II. pag. 213. n. 1142. Roth. Tentam. Flor. Germ. Tom. II. P. II. pag. 421. n. 2. Moench. Marburg. p. 319. Loureiro Cochinch. Vol. II. pag. 671. Hoffm. Deutsch. Flor. I. pag. 323. n. 2. Baumgart. Lips. p. 21. Aiton Ke-
wens Vol. III. p. 322. Schrank Bavar. Tom. I. p. 225. Villars. Dauph. Tom. II. p. 22. Allion. Pedemont. Tom. II. pag. 220. Will-
denow. Prodri. p. 3. Thunberg. Jap. pag. 24. Cappel. Helmst.
p. 155. Wigg. Primit. Fl. Holz. pag. 66. Mattuschk. Siles. pag. 245.
Caesar August. Aragon. p. 132. Retz. Scandin. II. 176. Huds.
Angl. p. 399. Leers herborn, p. 194. Lightfoot. Scot. n. 2. Doerr.
Nass.

Nass. pag. 139. Elwert Baruth, pag. 20. Nonne Erford. p. 326, n. 2. Plan. Erford. p. 237. Timm. prodr. Fl. Megap. n. 48. Weigel. Flor. Pomer. n. 583. Wilke Flor. Gryph. n. 485. Gmelin. Tubing. p. 278. Leyf. Halens. n. 933. Murr. prodr. Goetting. p. 75. Pollich. Palat. n. 868. Reich. Flor. Moenesfrancof. n. 666. Scholl. Barb. n. 744. Necker. gallobelg. p. 376. Müller. Friedrichsdal. p. 168. Reyger. Gedan. Tom. II. p. 142. Gouan. Monsp. p. 407. Iacq. Vindob. p. 66. Gerard. galloprovinc. p. 121. n. 2. Kramer. Austr. p. 269. Dalib. Paris. p. 360. Gronov. Flor. virg. p. 143. Gunn. Flor. Norveg. n. 783.

Lenticula palustris vulgaris C. B. P. p. 362. Bergen Flor. Francof. p. 301. Dill. Gieff. pag. 105. Volckam. Norimb. p. 245. Vaill. Bot. parif. pag. 114. t. 20. F. 3. Boehm. Lips. n. 855. Rai. Hist. Pl. Tom. I. pag. 117. Seg. Ver. I. p. 280.

Lens palustris. Camerar. Epit. p. 752. I. B. Hist. III. pag. 784. Dod. Pempt. 587. Dalech. 1014. Lob. icon. 2. p. 282. Tabern. 504. Caesalp. 612. Tournef. Paris. (ed. II.) Tom. II. p. 71. Boerhaav. Lugdbat. pag. 19. Fabregou. Paris. Tom. V. p. 30.

Lenticularia minor monorhiza, foliis subrotundis utrinque viridibus. Michel. Nov. Pl. Gen. pag. 16. n. 3. Tab. II. Fig. 3. Mapp. Alf. p. 167.

Hydrophace monorhiza, foliis planis ovatis. Hall. Hist. 1900. Buxb. Halens. p. 183.

Supernatat aquis stagnantibus Europacis, nec tantum est harum incola, verum etiam Asiaticarum et Americae tam meridionalis quam borealis, ut ex allegatis Floris patet.

Folia huius *Lemnae* sunt ovalia, sessilia, utrinque viridia, glabra, superne linea longitudinali, tuberculis minutissimis obsoletis constante. Granula sunt oblonga. Subtus in foliorum medio est parva foveola, cui tuberculum insertum est minutum, conicum, obscure viride, radiculam proferens albidam, tenuissimam, ab una ad tres uncias longam, apice tubulo

bulo seu uti apud Neckerum audit fulcro cylindrico, obtuso instru-
dam, nec raro cirratam.

Paulo rarius singulos huiuscemodum flores, videlicet masculos, feminos et hermaphroditos mensibus, quibus fiorent, Iulio et Augusto, una vidi, eo frequentius vero masculos, ideo forsitan, quod stamina faciliter evolvantur, quam pistillum. Calyx solet esse monophyllus, tenerrimus, diaphanus, subrotundus, subcompressus, albus, apice interdum integer, interdum denticulatus. d) Filamenta suam adepta longitudinem, ultra dimidiam lineam e rima folii prostant et sursum curvantur s. ascendunt cum antheris didymis, globosis, luteis, nitidis, polline ochroleuco fatis, latere exteriore dehiscentibus e). Germen virgineum oblongo-conicum f). Capsula subrotunda, parum compressa, unibacularis, di — tetraspermaque. Quoad semina omnino convenit cum *Lemna gibba* g).

Observ. I. Linea tuberculorum longitudinalis superiore folii pagina insidens, interdum vis conspicua est.

Observ. II. Radiculam, quam Rothius videt pubescen-
tem, nunquam talēm observavi.

Observ. III. *Lenticularia media*, monorhiza, foliis oblongis utrinque viridibus Michel. nov. Pl. Gen. p. 16. n. 2. t. II. F. 2. cuius icon secundum eundem etiam in Epitome Camerarii pag. 852. et in Mathiolo (Ed. germ.) p. 391. super casam stramineam sub signo + occurrit, et quam Mappius in Hist. Pl. Alsat. p. 167. ex Michelio inter *Lemnae* species retulit, mihi potius varietas, quam propria species videatur esse.

3. Lem-

d) Fig. 7. in multis, quae perquisivi, exemplaribus omnino deest.

e) Fig. 5. 7. 8. 9.

f) Fig. 9. exhibet tale germe in flore hermaphrodito, cuius stigma est obtusum; stamen unum exsertum, alterum adhuc inclusum.

g) Fig. 13. a. 14. 15.

3. *Lemna gibba*. Fig. II. 12. 13. 14. 15.

Lemna foliis sessilibus subtus haemisphaericis, radicibus solitariis. Linn. Fl. suec. n. 826. Syst. Veget. (Ed. XV.) p. 884. Syst. Plant. Tom. IV. pag. 83. Moench. Marburg. p. 319. Roth. tent. Flor. Germ. Tom. II. P. II. p. 421. n. 3. Hoffm. Deutsch. Flor. I. p. 323. n. 3. Baumgart. Lips. p. 22. Villars Dauph. Tom. II. pag. 224. Elwert. Flor. Baruth. pag. 20. Weber. spic. Flor. Goetting. pag. 34. Leers. Herborn. n. 703. Leyf. Halens. n. 934. Scholl. Barb. n. 745. Wigg. prim. Flor. Holz. p. 66. Timm. Megapol. pag. 284. n. 119. Allion. Pedemont. Tom. II. pag. 220. Retz. Scandinv. p. 176. Mattuschk. Silef. p. 245. Caesar August. Aragon. p. 132. Aubl. Guian. Tom. II. p. 842. Reymond. Gedan. Tom. II. pag. 132. Wildenow prodri. Berolin. n. 7. Ehrhard. Beitr. I. p. 43. Gunner. Flor. Norveg. n. 778.

Lenticula palustris, media, pallide virens, inferne minus convexa, radicibus longissimis, fructu dispermo. Michel. nov. Pl. gen. p. 15. Tab. II. Fig. 2. 1). *Lenticula vulgaris*. Lamarck, Franc. Tom. II. pag. 189.

Habitat maxima ex parte in aquis flegioribus una cum praecedente, non tantum Europaeis, verum etiam Americae meridionalis; interdum et segregata ab altera.

Lemna hancce veteribus fuisse notam, illosque istam cum *Lenticula palustri vulgaris* confudisse, credo. Ob id, quod coniunctim cum *Lemna* minore habitat in stagnis, etiam pro varietate eiusdem a pluribus Botanicis, puta Gerardo h), Hudsonio i), et Weberto k), fuit habita, et quod folia sint in hac specie gibba magis, oriri ab abundante et largius inbibita aqua, idemque obvenire in

Lemna

h) 1. c. p. 122.

i) 1. c.

k) 1. c.

Lemna minore et polyrhiza, si largius sorbeant aquam indeque vesiculae turgeant. Verum vero haec *Lemnae* species non semper, ut iam monitum est, habitat cum *Lemna* minore eodem in loco, nec tam eius quam *L. polyrhizae* inferior pagina adeo gibba sit, ut *Lemnae* cui cognomen est gibba. Quod ad superiorem huius *Lemnae* paginam, magnitudinem et formam attinet, omnino cum praecedente convenit, ast quoad inferiorem, satis diversa est; vesiculae enim in reliquis parvae, in hac sic dilatae sunt, ut folia inferne sicut haemisphaerica et colore sint pallidiora l). Vesiculae haec non turgent aere, sed aqua, et quaelibet earum pluribus constat minoribus. Versus basin scrobiculus adest oblongus, e quo ortum dicit radicula, unciam unam ad quatuor usque longa, alba, tenuissima, et ut praecedentes apice simili vaginula munita et crispa, enata e tuberculo minuto, subconico, viridi. Flores etiam in hac *Lemnae* specie videre mihi contigit, qui sequentem in modum se habent. Calyx, ubi eundem observavi, fuit uti in *Lemna* minore comparatus. Sic etiam Antherae fuere eaedem; ast filamenta paulo breviora. Rudimentum germinis in flore masculo subpyriforme, in stylum obtusum absque stigmate producitum m). Germen virginium in flore femineo oblongo-conicum, stigmate (ut videbatur) subcapitato n), secundatum subrotundo-compressum, et iuxta Wiggers 1. c. utrinque in medio non-nihil depresso, et stigma modo subcapitatum o), modo obtusum p). Semina duo triave, hinc plana, inde convexa et striata, umbellatarum more, apice acuta, basi magis obtusa q); uti et Wiggers secundum Grauerum annotavit.

Obser.

l) Fig. II. 12.

m) Fig. 14. a.

n) Fig. 13.

o) Fig. 13. a.

p) Fig. 14.

q) Fig. 15.

Obser. I. Michelius tres huius Lemnae species sub nomine generico Lenticulae enumerat, quarum prima Lenticula palustris, maior, inferne magis convexa, fructu polysperme pag. 15. Tab. XI. Fig. 2. cuius synonymon est Lenticula aquatica foliis minoribus, interna parte in vescicula duotis Flor. Hiltorf, — in Agro Florentino copiose provenit ubique. Huius icon occurrit in ima parte Tabulae Lenticulae palustris I. Bauh., quae ob typographi incuriam perperam pag. 773. t. 3. pro tabula Nymphaeae minoris sive Morsus Ranae, suum obtinuit locum.

Secundam speciem iam citavi. An Lenticula Vallisneriana?

Tertia species est Lenticula palustris, minima, atrovirens utrinque pene convexa Mich. quam. Fig. 3. tab. eiusd. exhibet.

Prima quidem harum specierum, quod ex iconе Michelii elucet, maxima est et forsitan propriam constituit speciem, quod vero afferre non audeo, aliisque potius, in quorum regione provenit, dijudicandum relinquo. Secunda et tertia species sane tantum inter se differunt ut varietates, nam etiam in nostris regionibus provenit maior et minor, pallide virens et atro-purpurea r.). Primam speciem etiam Mappius indicavit.

Obser. II. Sicut in Lemna minore ita et in hac legi flores tam masculos quam femineos et insuper hermaphroditos: stamine uno inclusi, altero exserti.

4. Lemna polyrhiza. Fig. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

Lemna foliis sessilibus, radicibus confertis Linn. Syst. veget. Ed. XV, pag. 884. Syst. Pl. Tom. IV. pag. 93. Hort. Cliff. 417. Fl. succ. 2. n. 228. Roth. tent. Fl. Germ. Tom. II. Pl. II. pag. 422. n. 4. Hoffm. deutsch. Fl. I. p. 323. n. 4. Baumgart. Lips. pag. 22. Aiton Kewens. Tom. III. pag. 322. Villars Dauph. Tom. II. p. 22. Allion. Pedemont, Tom. II. p. 220. Retz Scand. p. 177.

Fig. II. a.

Mattu-

Mattuschk. Silei. pag. 246. Hudson. Anglic. Tom. II. pag. 399. Doerr. Naff. pag. 139. Elwert. Flor. Marggr. Baruth. pag. 20. Timm. prodr. Flor. Megapol. n. 49. Weigel. Flor. Pom. n. 684. Wilke. Flor. Gryph. n. 484. Ley. Halens. n. 935. Pollich. Palat. n. 869. Reich. Moeno - Francof. n. 667. Scholl Barb. n. 746. Wigg. prim. Flor. Holz. p. 66. Wildenow. prodr. Berol. n. 8. Necker Gallobelg. p. 375. Müller. Friedrichsdal. p. 163. Reyger. Gedan. Tom. II. pag. 142. Gerard. Flor. Galloprovinc. pag. 122. n. 3. Dalib. Paris. pag. 360. Gunn. Flor. Norveg. n. 777. Lenticula polyrhiza. Schreber. Spic. Flor. Lips. p. 114. Lamarck. Franc. Ton. II. p. 89. Leeuwenh. Phil. Trans. n. 283. Fig. 6. 7. 12. Lenticula palustris maior. Commel. Cat. plant. Holl. 36. Raj. Hist. Pl. II. p. 1852. Synops. 3. p. 129. T. 4. Fig. 2. Vaillant. Bot. Paris. pag. 114. t. 20. Fig. 2. Dillen. nov. plant. spec. 51. Bergen. Flor. Francofurt. pag. 302. Buxbaum. Halens. p. 183. Dillen. Gieff. p. 106. Roefel. Hist. Polyp. Tab. 72. 73. 76. 94. Lens palustris, superne virens, inferne nigricans. I. B. Hist. III. p. 784. Lenticularia maior, polyrhiza, inferne atro-purpurea. Michel. nov. Plant. Gen. p. 16. n. 1. Tab. II. F. I. Map p. Hist. Plant. Alsat. p. 167. Seguier. Veron. Vol. III. p. 129.

Habitat in fossis et aquis stagnantibus Europae.

Magnitudine radicumque multitudine haec species facile a reliquis distinguitur. Folia sunt subrotunda, tantum basi angustiora, subacuta, pulposa, firma, supra laete viridia, leviter sulcata s), glabra, subtus purpurea, f. atro-rubentia, subrugosa, paululum convexa, granulis parvis rotundis adspersa. Subtus ad basin est foveola parva, cui insident tubercula septem, etiam plura, membranula tenuissima pellucida coniuncta, totidem, quot tubercula, emittentia radiculas albidas, striatas, aliarum Lemnarum radicibus breviores et crassiores, apice claviculis, extinktorii formam refe-

s). Hi sulci concentrici sunt, cum e scrobiculo ante basin folii ortum ducant, praeterea arcuatim antrosumque sparguntur.

referentibus t), munitas. Flores huius Lemnae nondum mihi venerunt in conspectum, licet ab aliis, e. g. Grauero iuxta Wiggers et Rothio u) l. c. visi sint. Utterque ait: Flores ad angulum foliorum cohaesioneis inter duplicaturam laminac utriusque locatos esse, eo latere, ubi unum folium alteri insinuatur capsulaque bilocularem, maiorem quam in L. gibba et magis compressam, dispermam. Hoffmannus flores hermaphroditos fructiferos in hac, secunda et tertia specie observavit.

Obser. I. Eadem occurrit etiam utraque folii pagina purpurascens, vel viridi; ad haec et pagina superior est modo magis concava et rugosa, modo magis convexa, rugis fere deletis.

Obser. II. Lenticula palustris quadrifolia, quae obvenit in Volkamer. Flor. Norimberg. p. 245. huc non pertinet, sed potius, quod ex Raji descriptione liquet, ad Marfileam quadrifoliham.

5. Lemna arhiza Fig. 22. 23.

Lemna foliis geminis eradicatis. Linn. Mantiss. 294. Syst. veget. (Ed. XV.) p. 884.

Lenticula omnium minima, arhiza. Michel. nov. Plant. gen. pag. 16. n. 4. Tab. 11. Fig. 4.

habitat in Italiae aquis stagnantibus.

Hanc Lemnā in natura videre mihi non contigit. Qua de causa coactus sum icones Michelii huc pertinentes mutuare, quarum Fig. 22. eandem magnitudine naturali, Fig. 23. vero aucta, sistit.

Obser. Iuxta Wiggers l. c. Lemna arhiza est primum initium Lemnae polyrhizae. Quatenus haec coniectura veritati consentanea sit nec ne, ego dirimere nequeo.

Lemnarum usus.

Iam me ad illarum usum converto, qui haud parvus in oeconomia naturae est. Scilicet, imbibere absque dubio mephitum in-

t) Fig. 21.

u) l. c.

inflammabilem, aut si tibi neoticorum Chemicorum systema et denominatio magis arridet, gas hydrogenium carbonatum, quod abundat in aquis paludosis, contraque exhalare eundem aerem de phlogisticatum seu gas oxycum, ut iam suspicatus est Villars l. c. p. 23. et quemadmodum ex usu aliarum aquaticarum plantarum, praesertim in aquis stagnantibus obvenientium, e. g. Conferuae rivularis, bullofae, aliarumque, si observationes Pristley, Iugenhofsz aliorumque consulimus, colligere est, et quod desunt, ubi eiusmodi usum non praestant. Quare in aquis Lapponicis, quae sunt purae, ideoque raro admodum planta aquatica ornatae, tam peregrinae, ut tantum Lemna trifolia ab Linnaeo *) semel in his aquis fuerit visa. Nonne et huic mephiti inflammabili erit tribendum, quod vere e fundo stagnorum ascendant superentque aquam et versus hyemem rursus se demittant in fundum? Praeterea et Lemnae sunt asylo larvis nymphisque infectorum vermiumque minorum inhabitantium, siveque infidias rapacium infectorum, Curculiorum, Aphidum Tinearumque, quibus sunt escae, antevertunt. Polypi utriculis & vaginalis earum et fuscis corpusculis, quae inferiori paginae adhaerent, vescuntur w). Sic et Conchis variis praebent alimentum. Anates easdem avide et voluptuosè vorant; pari modo Gallinae et Sues, si miscentur furfuribus x).

Quod denique ad usum medicum attinet, qui passim in memoratis libris, praesertim scriptoribus pristini aevi, brevius copiosiusve relatus est, ipsum sequentem esse scito: Ex horum effato ipsis convenit vis refrigerans, discutiens sopiaensque, et propterea conducunt externe forma cataplasmatis ad inflammationes, podagrum et ad ignem sacrum, sed pro modissime dari in internis viscerum inflammationibus et pestilente febre, (an proficie?) perhibent Matthiolus aliquie. Hanc ipsam etiam ad oculo-

*) Flor. Lapp. p. 352.

w) Roefel l. c.

x) Rajus, Matthiolus, Camerarius et edhuc alii, l. c.

oculerum ruborem et palpebrarum phlogosin melius aliis valere, nec non ad mammarum testiculorumque tumores, antequam augeantur, iisdem litteris proditum est. Herba ipsa fronti imposita capitis dolores lenit, ubi a calore provenerint. Praestantissimum vero earum usum, si vino albo infusae fuerint, situm esse in eo, ut sanguinem casu extravasatum resolvant, repercutiantque, testis est Vailantius z). Idemque Lemnarium infusum vinosum praesentissimum esse medicamen ad fugandum icterum, si per novem dies sex unciae eius mane exhibeantur, notum fecit Rajus a), ex communicatione D. Bates. Liquorem, qui obtinetur, dum manipuli duo Lentis palustris cum Myrrhae pulveratae uncia dimidia permistae, includuntur sacculo linteo, postque id, quod destillat, excipitur, levamen afferre haemorrhoidibus coecis dolentibus, si ipsis applicatur, autor est Geoffroy b). Lemna dicta, hernias intestinorum puerorum, si iisdem fuerit admota, adglutinare dicitur. Dubitari omnino de memoratis Lemnarium medicatis viribus adhuc posset, cum nostra aetate fere prorsus in oblivionem venere et quaedam earum parvam tantum mereantur fidem, si interim Lenticula palustris contineat sal essentiale, nitroso-ammoniacale, uti resert Geoffroy l.c., ubi de eius analysi chemica sermo est, et si forte huic plantae in primis conveniat, quod absonum non est, ut elementum carbonaceum et hydrogenium et eorum gas avide absorbeat, nonne tunc ipsis revera tribuenda esset maxima dilatarum virtutum pars?

Tantum.

z) l.c. et quidem Lemnae trifoliae.

a) l.c. Tom. I. p. 116.

b) Tract. de mat. med. (Paris. 1771.) Tom. III. p. 708.

